

1786, 27.
11

DE
**LEGIBVS POST PERFECTAM
POTESTATIS TERRITORIALIS IN
GERMANIA PLENITVDINEM INGENIO
POPVLORVM SALVBRIVS
ACCOMMODANDIS**

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

JOH. THEOPHILO SEGERO
LEGVM ET PHILOSOPHIAE DOCTORE CATHEDRALIS
ECCLESIAE NVMBVRGENSIS CANONICO SVPREMAE
IN PROVINCIA CVRIAET COLL. IVRIDICI ASSESSORE
PANDECTARVM PROFESSORE ORDINARIO

D. XXIII. MARTII CIOCC LXXXVI

H. L. Q. C

P V B L I C E D I S P V T A B I T

A V C T O R

CHRISTI. ERNESTVS WEISSE

LIPSIENSIS

L I P S I A E

E X O F F I C I N A S A A L B A C H I A



H. D. Schubert.

D

LEGENDA POST PREGATAM
POSTSTATIS TERRITORIALES IN
GERMANIA PERNIUSINAE INGENIO

POTUORUM SAVARIA
ACCOMMODANDA

HESTERIAE OCTAVAM ORDINIC ACCORDATI

PRAGMATIC

HOI THEOPHILIO SEFEOLO
ITEM ET HISTORICIS DOCUMENTIS CANTABILIIS
TURISIAE NAMISIUSENSIS GÖTTINGO STUTTGARTIENSIS
DIE PROLOGO EQUITABUS DEDICATAE ZONE
PROLOGO EQUITABUS DEDICATAE ZONE


D. KETTE MARKII CIVICIS CXXVII

HISTORICIS DOCUMENTIS CANTABILIIS

AD TO

CERTA ET SCIENTIA LATISSIMA

EX OFFICINA SAVVANORUM



71

Ex omnium fere populorum historiis appareat, eos
inde ab antiquissimis temporibus, maximo sem-
per studio, non in unquam a libertatis cura, saepius ab
inertia exorto, leges suas et mores custodiuisse. Cu-
ius rei exempla tam propinquia et noua habemus, vt a
gentibus magno vel temporis vel locorum interuallo dis-
iunctis, ea petere non necesse sit. Nam ex nostrae
gentis historia patet, Saxones maiores nostros (si eos ita
licet appellare) a Carolo Magno debellatos, inter ceteras
pacis conditiones hoc in primis a Carolo stipulatos esse,
vt ipsis licet in posterum quoque suis legibus vivere.
Quid, quod ipsa Iuris Romani in nostris terris adoptio
maximas controvrsias et grauissima excitauit certamina?
Nec nostrum saeculum ad mutandas leges multo est pro-
clivius. Id tantum differimen videtur intercedere, quod no-
stri non tam sua, quam peregrina iura tenent ac defen-
dunt. Equidem longe absursum, vt omnino reprehendam
hoc studium leges receptas conseruandi: nam et ipse in-
telligo, in earum constantia et stabilitate multo firmissi-
mum positum esse libertatis praesidium: sed idem tamen
existimo, propter mutabilem hominum statum, et per-
petuas rerum vicissitudines, etiam optimis legibus medici-
nam quandam interdum necessario adhibendam esse, idque

2.

Non tam ab iner-
tia, quam a qua
dam antiquitatis
reuerente.

3.

hoc scilicet est
Lex Bonifacii
novum Codicem
conditatus
nove leges ab
Gratianore
et inicio regnici
usque ad hunc d
em promulgatae
contrarium testan
ter,

A 2

co

in ipso patria nostra collegium ad ordinem iudicium
ordinanda nuper est constitutum.

eo magis, quando ad hominum rerumque vicissitudines accedunt quoque non levia ipsarum legum vitia, quae cum ab omnibus legibus humanis non facile remoueri posse videantur, tum in primis iis, quae vel ex peregrina ciuitate assumtae, vel obscuris temporibus conditae fuerunt, insint necesse est. Eiusmodi quum sint fere omnes, quibus maxima Germaniae pars vtitur, leges: valde optabile est, vt principes nostri tandem aliquando ad hanc aegram ciuitatis partem subleuandam accedere, legibusque aliis mutandis, aliis abrogandis earum vtilitatem augere velint. Quod ita fieri posse multi viri et ii doctissimi putauerunt, si conderetur Codex Iuris Germanici Vniuersalis. Alii, populos Germaniae suis quemque legibus putant regi oportere^a, laudantque illam Imperii Germanici mutationem, per quam principes ius legum condendarum adepti sunt. Quorum ego sententiae quum accedam, ostendere conabor, id quod nemo illorum sibi sigillatim demonstrandum sumfis, qui fructus ex hac principum nostrorum potestate in leges priuatas redundare potuissent ac possint.

Nam cogitanti mihi, de quo potissimum arguento scriberem, quod et viribus meis conueniens esset, nec indignum proflus publica luce, postquam diu multumque frustra quaesiui, tandem visum est huius ipsius periculum facien-

^{a)} Quod etiam ipsi Imperii Germanici ordines in Recessu Imperii d. a. 1654 his verbis agnoverunt: Dass wegen Ungleichheit der

Landen, auch derselben Gebräuche, Gewohnheiten und Sitten eine gemeinsame Ordnung nicht wohl vorgenommen werden mag.

faciendum esse, de quo iam in discenda iuris historia ma-
xime cupieram edoceri.^a Semper enim id praecipue dedi
operam, ut legum causas inquirerem, et mecum in animo
considerarem.

§. I.

Principio igitur veterem nobis Germaniae statum ante
oculos proponamus, et eum cum hodierno comparemus.
Non fuit eadem gentis nostrae quae caeterarum conditio,
ut nec tantum apud ullam studium libertatis, quantum
apud nostram^b. Imperii summa penes populum, regibus,
si qui forte essent, nihil fere praeter nomen habentibus,
et in conciliis populi non tam principum quam oratorum
partes agentibus. Carebant illi etiam iure statuendi et ex-
sequendi suppicia, quod sacerdotibus erat permisum, qui
velut deo imperante id credebantur exercere^c. Haec qui-
dem fere omnibus Germaniae populis communia erant: sed
necessarium erat, ut populi, qui nulla imperii formula
continebantur, in diuersos mores et instituta abirent^d. Qua
de re qui dubitet, considerare tantum debet, quam diuersa
fuerit Germanicorum populorum cum Romanis coniunctio,
cum alii sub ditionem Romanam redacti essent, alii per-

A 3 petua

^{b)} TACITVS de moribus Ger-
manorum Lib. IV. se eorum
opinionibus accedere ait, qui Ger-
maniae populus nullis aliis aliarum
nationum connubis infectus, pro-
priam et sinceram tantum sui simili-
tem gentem extitisse arbitrantur.

^{c)} TACITVS de moribus Ger-
manorum Cap. VIII.

^{d)} Quam rem idem TACITVS
confirmat, cum de C. XXVII vs-
que ad finem huius libelli in de-
monstranda variorum populorum
Germaniae diuersitate veretur.

petua cum illis bella gererent, alii denique nunquam ab illis cogniti fuissent. Cum igitur Germania nostra a tot populis et cultu et origine diuersis inhabitata sit, facile est ad coniiciendum, non omnibus eandem placuisse republi-
cae formam.

Et quamquam inopia fontium scire prohibemur, quae fuerit antiquissimis temporibus cuiusque tot populorum propria forma ciuitatis: ex quo tamen plures scrip-
tores de rebus Germanicis aliquid commemorare coe-
perunt, etiam plura nobis de diuersa apud singulos po-
pulos reipublicae forma constant. Sic de Saxonibus BEDA
l. 5. hist. eccl. Anglorum C. II. *Antiqui Saxones*, inquit, *re-
gem non habent, sed Satrapas plurimos genti sue praepostos, qui
ingruente bellī articulo mittunt aequaliter fortis, et quemcumque
fors intenderit, hunc tempore bellī omnes sequuntur et huic obtem-
perant. Peracto autem bello rursus aequalis potentiae omnes sunt*.
¶ *E contrario apud veteres Franco soli reges videntur sum-
mam rerum tenuisse, ut ex Gregorii Turonensis hist. l. 5.
C. XIX. patet.*

§. IL

Posteaquam autem Franci subegerunt paene omnes Germaniae populos, singulis prouinciis Duces atque Comites praeposuerunt, qui et ius dicerent, et exercitum in bellum ducerent. Hi nullam aliam habebant potestatem, nisi quam a rege acceperant. Itaque munere suo rursus priuari

e) Egregie de antiqua reipu- MÖSERVS in historia Osnabru-
blicae Saxonum forma differit geni.

priuari poterant, quium rex vellet. Nisi quod sub ultimis
 è Merouei stirpe regibus in luxum atque inertiam solutis;
 Ducēs, quibus singuli Comites erant subiecti, eam prope-
 modum exercebant potestatem, quam aliquo tempore post,
 multis rebus fauentibus, adepti sunt. Sed Carolo Magno
 ad imperium euecto, qui vim eius renouabat et adstringe-
 bat, Ducum potestas fere omnis intercidit. Cum
 enim antea singulis Ducibus plures Comites subiecti fuissent,
 ille totum imperium diuisit in plures Pagos (Gauen),
 quibus vel Duces vel Comites praepōnerentur, nullo vin-
 cūlo inter se coniuncti, nec nisi nomine differentes. Epi-
 scopis tamen propter summā Clericorum auctoritatem
 maior quaedam potestas in homines ministerio ecclesiae
 adscriptos est permitta. Quā rem docet nos exemplum
 Wihonis Episcopi Osnabrugensis, cui a Carolo Magno
 concessa est perpetua solutio f a regia potestate; hoc est, ut
 viri intelligentissimi interpretantur, exemptio a iudicio Mis-
 forum regis, quos oportebat in Ducum et Comitum admi-
 nistrationem inquirere. Nec parum additum est Episco-
 porum potestati, quae magnis Francorum donationibus iam
 aucta erat, quod subiecti sunt iis etiam Abbates, qui antea
 regibus tantum subsuerant.

Principum iura Ludouici Pii temporibus non amplius
 tam circumscripta erant, quam fuerant eius patre regnante.

Qui

*f) In charta anni DCCCIII texendam curauit Episcopus FER-
 QUAM ex Autographo descriptum DINANDVS.
 Monumentis Paderbornensibus at-*

VIII

Qui enim a Carolo Magno erant instituti Comitatus, magna ex parte sub Ducum ditionem cessere: quo factum est, ut sub occasum Carolidarum, irruentibus vndeque hostibus, quibus singuli Comites resistere non possent, pauci Comitatus adhuc superessent, et maxima Germaniae pars in aliquot maiores Ducatus diuideretur.

§. III.

Cum ita parta esset Ducum potestas, fieri non potuit, quin semper maiora sibi iura vindicarent, ita ut iam temporibus Arnulphi Imperatoris Gothofredus Viterbiensis, eos reges nominare non dubitaret. Non igitur mirandum est, reges ex gente Saxonum haud multum efficere potuisse in euentuenda eorum potestate, quae iam tanta euaserat. Quanquam enim Henricus Auceps et post eum deinceps Ottones multo maiore auctoritate in Germania regnarent, quam ultimi reges ex stirpe Caroli Magni: non tamen prohibere potuerunt, quin saepius et Ducatus et Comitatus a patre in filium instar hereditatis deferrentur.

§. IV.

Praecipuum vero incrementum potestas Principum cepit ex iis certaminibus, quae inter imperatores et sacerdotes agitantur. Eo enim tempore plurimis modis ecclesia in imperatoriam vim grassata est. Neque enim id solum imperatoribus obfuit, quod a Pontifice Romano iis admittum est ius conferendi Episcopatus et Abbatias, quo iure amissio vinculum, quod antea imperatoriam et episcopalem poterat.

g) LUITPRANDVS II. hist. 3.

potestate coniuxerat solutum est, sed etiam peregrina illa negotia imperatoribus obstabant, quo minus Ducum et Comitum molitiones mature animaduerterent. Hac et aliarum rerum h^o opportunitate principes nostri eam paulatim sibi adquisierunt potestatem, qua nunc legibus et pactis confirmata gaudent.

Atque hic Imperii Germanici status immutatus potuit ratione moderante saluberrimani efficere legum mutationem. Quum enim olim imperatoris tantum fuisset sancire leges, nullo modo tam variorum populorum institutis et moribus ita prospici potuit, vt postquam suo proprio quique imperio regi cooperunt. Legum vis enim et utilitas in eo cernitur, si ad peculiarem gentis cuiusque indolem et statum sunt prudenter accommodatae. Quum igitur Germaniae populi iam tum et cultu et moribus maxime inter se different, non potuit non fieri, vt leges datae omnibus eadem non aequae responderent et conuenirent eorum tam diuersis ingenis, et commodis, et utilitatibus, et necessitatibus. Ex quo sequitur, ne optimas quidem leges

b) Quas exegie docuit HER-
TIVS in Dissertatione de Origine
et Progressu specialium Romano-
Germanici imperii Rerum publica-
rum. In Opus. Tom. II.

i) Quod in primis potestatem
legis condendi attinet CONRIN-

GIV de Origine Iuris Germanici C. XXXVIII^o probat exemplo ducis Brabantini principes iam saeculo XIV. leges tulisse: videntur autem vsque ad tempora Adolphi Nasouii opus habuisse vel confu-

matione vel priuilegio imperatoris,

B que ad pacem Westphalicum maximis

de potestate territoriali fuisse contentiones, et quod per pacem eandem tandem sputa fuerint sunt, quicq; formam quam nunc
habet, acceptū potestas principum, qua ius legationum atq;
gentium liberorum prerogativa orla. Imp. est concessum.

multa licet gra-
vissima sunt
annissa: I, Per
Pacem perpetuan
varallorum Prince-
psum potestabam
immutari, horum
vero potentiam au-
tam fuisse. II, Pri-
uilegii primum
Electoribus tantum
mor etiam aliis
concessis provinciis
germanicas speciem
liberarum
civitatum fuisse
nactam, ut. jure
monasteriis, mone-
tarum propria auctor-
itate confundi,
privilegio de non
evocando et de
non appellando.

III, a tempore domini
militaris Caroli V. us-

IV. miltē perpetuo
potentiam principem

X

auctam acfari in-
minutum fuit esse.

V. ipsorum ~~religionis~~
~~naturam~~
sacrorum libato
sedisse occasione
a) ut principes quibus
potestiones fortius in
operatori reflectent.

b) ut ii ipsi ~~per~~
acquisitis bonis eccle-

satricis sua dico-
nit fierent potentio-
res magis ad iura
sua tuenda idonei.

c) ipsam illam occasio-
nem regum Francia
ad imminuendam
gentis etustitiae

potentiam appropiisse,
ipsaq iuris ordinis
bus ^{Bohemus} bellis istis,

et vocatis religiosis
proprie vno de potestate
territoriali gestis opem
fuluisse.

ges, id est eas, quae ad communem omnium naturam
vel maxime respectum haberent, in tanta morum at-
que institutorum apud tot populos diuersitate, vndique
aptas, atque perfectas, et ex visu omnium populorum esse
potuisse. Si ergo cognoscere volumus fructus, qui ex
peculiari principum potestate in leges priuatas redundare
potuerint, comparatio facienda est, quid ab Imperatori-
bus fieri potuerit leges danib[us] vniuersae Germaniae, quid
a Principibus, quorum in sua quisque terra et regione le-
ges particulares vni populo dabant.

Nititur disputatio nostra hoc quasi fundamento,
populos Germaniae illis temporibus, quibus principes ius
leges condendi obtinuerunt, non parum moribus atque in-
stitutis diuersos fuisse. Nequaquam enim verisimile est,
deleta fuisse iam tum omnia vestigia illius tantae gentium
et ciuitatum Germanicarum diuersitatis, quam supra indi-
cavimus. Nam ipsa illa ratio regiminis, quam imperato-
res adhibuerunt, vt singulis populis, Duces atque Comi-
tes praeponerent, obstat debuit, quo minus populi inter-
se miscerentur, et veterem ingeniorum diuersitatem pro-
fus amitterent. Si quis dubitat, eum respicere velim ad
duos celeberrimos Germaniae populos, Sueos et Saxo-
nes, quorum adhuc illis temporibus fuit summa et cultus,
et regiminis politici atque ecclesiastici dissimilitudo. Nec
minus constat Slavicæ originis populos, qui tum Imperio

Germa-

Germanico accesserunt, ab aliis Germaniae gentibus maxime diuersos fuisse.

§. VII.

Ob hanc popolorum Germanicorum varietatem peculiaris principum Germaniae potestas fuisset vtilis futura, etiam si imperatores melius functi essent munere legum condendarum: id quod plerunque ab iis ita neglectum est, ut iudicis arbitrium instar legis esset obseruandum. Ponamus igitur, nihil omnino vitii, negligentia conditorum, leges habuisse: tamen vel optimis legibus, quae pro illorum temporum ratione esse potuerunt, medicinam adhibendam fuisse demonstrabimus. Ac primo quidem de legibus Criminalibus mutationi praeципue obnoxii dicetur.

§. VIII.

Cum enim legum Criminalium ea ratio sit, vt plus caeteris ad peculiarem ciuium naturam accommodentur: facile intelligitur, tales formae imperii mutationem, qua efficitur, vt legislatores, qui antea in condendis legibus, ad ea duntaxat, quae pluribus populis essent communia, respicere potuerunt, iam rerum propriarum cuiusque populi rationem habere possint, ad leges Criminales emendandas permultum prodesse posse. Itaque saeculi illius ignorantiae attribuendum est, quod principes Germaniae post longas contentiones constitutionem Caroli Quinti Criminalem in tota Germania recipieadam statuerunt, nec

B 2

propria-

*non ignorantia sed
ouaffia me adducit.
otit.*

propria legum condendarum potestate ad id vni sunt, ut Codicem Iuris Criminalis populo suo accommodatum conficerent ^k.

§. IX.

Sunt autem imprimis tria, quae, quum maxime populi ingenio respondere debeant, etiam illis, quae dixi, temporibus, maxime fuissent immutanda, criminum numerus et poenarum tum modus, tum delectus. Duplex enim est omnium criminum genus, ex lege aut diuina, aut humana natum: unde sequitur, duplēcē esse Codicis Iuris Criminalis partem, alteram quidem immutabilem, alteram pro temporum et locorum ratione diuersam. Itaque nonnullae res in vniuersa Germania vetitae, in singulari aliqua prouincia permitti, et rursus aliae quaedam illic permissae, hic vetari potuissent.

Ponamus v. c. iniurias referre, Lege Communi permisum fuisse, forsitan eam ob causam, quod homines a facienda iniuria satis deterri possent metu maioris accipiendo. Iam si quis populus esset ferocior, quam ut homines eo metu ab iniuriis mutuis abstinerent, eius populi princeps in suae ditionis terra non profecto admitteret istam legem, sed iniurias mutuas legis poena coerceret.

Aliud exemplum ex ipsa legum historia peti potest. Constat inter omnes, matrimonium ad Morgengabam, Iure Communi

^k) Quod vberius demonstravit CAROLVS OTTO GRÄBE in libello nuper edito: Ueber die Re- formation der peinlichen Gesetze und über die Verbienste und Be- mühungen, sie zu verbessern. 8.

Communi Germaniae nostris temporibus non omnino concedi; at Rex Borussiae, propter paupertatem, in qua multi ex nobilitate versantur, iis tale matrimonium contra legem communem permisit.

Ex his ianæ satis patere mihi videtur, delictorum numerum a legislatore vnius alicuius ciuitatis partim augeri, partim minui debuisse; non igitur diutius in huius quæstionis tractatione morabimur.

§. X.

Veniamus ad id, quod vberiorem explicationem postulat, ad poenarum modum atque delectum. Quanquam enim iam ille omnibus hominibus innatus aquitatis et iustitiae sensus nos docet, grauiora crimina grauius, leuiora leuius esse punienda: in ipsa tamen delictorum grauitate, et poenarum acerbitate diiudicanda, populi morum culturam, et eius sensum atque opiniones attendere debemus. Cum enim in aliis ciuitatibus, aliam habebunt vim, non solum eadem delicta, verum etiam idem poenarum gradus: ad constituant criminum et poenarum magnitudinem istae communes rationes nequaquam sufficient. Duo autem sunt, quae in aliqua una ciuitate criminis magnitudinem, vt de hac prius loquar, augere possunt: eius frequentia, et effectus.

§. XI.

Nam si populus ad crimen quoddam est propensior, vel si quod crimen propter singularem ciuitatis statum est in primis noxiun: sine dubio poenis acerbioribus huic de-

B 3

delicto

*non propter pau-
peritatem sed ob
nitionem uxorum
nobilium tecum
fastum atque luxu-
riem.*

licito erit occurrentum. Ergo et hanc ob causam principes in sua quisque terra, Legum Criminalium Codicem, immutare ac meliorēm facere debuissent. Neque enim Germaniae populis eadem omnibus est ad eadē dēlīcta procluitas: neque adeo similis omnium est conditio, vt ex eodem criminē idem apud eos malum, eadem labes oriantur. Sic v. c. ex historia constat, apud eos Germaniae populos, qui morum et ingenii et artium cultu alijs praeſtiterunt, alia quidem vitiorum genera minui, alia autem augeri coepisse.¹⁾

cf. T. H. de pruden-
tia toll. vonden
dit attribenda.

Quae enim ex mollitię quadam animi nascuntur vitia, vt luxurias, lascivias, libido, sunt quasi comites prōgradientis culturae, cum illa ferociae vitia, quae maiorem et animi et corporis vim requirunt, cultura inualeſcente magis magisque recedant. Nonne igitur apud populos cultiores illa, apud incultiores haec, maiori poena fuissent coercenda^{m)}?

§. XII.

Restat altera causa, quae suadere potuisset, idem crimen apud diuersas Germaniae gentes diuersis coercere poenis, quod respiciendum est ad earum cuiusque proprias de rebus opiniones et vitae occupationes. Sic apud plures Germaniae gentes haec opinio maxime peruulgata est

1) Vid. Möser zufällige Gedanken bey Durchleſung alter Bruchregister in seinen patriotischen Phantasien Theil II.

m) De ratione quam maiores nostri in statuendis poenis securi sunt, vide TACITVM de Moribus Germanorum C. XII. ibique GEBAVERVM.

est et hominum animos occupauit, quasi alia delicta magis laudem quam reprehensionem mereantur, ut vindicta pri-
vata, alia autem, quae magis Deum offendere, quam homines laedere videntur, sint caeteris turpiora, ut sacrile-
gium atque perjurium.

Illic acerbiore poena vtendum erit, ut homines, qui metu infamiae arceri nequeunt, horrore supplicii saltem retineantur: hic poterit nonnihil mitigari poena, cum ad poenam legibus constitutam maior accedat ignoriniaie macula.

Sed et vitae occupationum et negotiorum diuersitas efficit, ut idem crimen sit apud alios magis noxium, apud alios minus. Vnum tantum illustrandae rei causa exemplum afferam. Nemo ignorat, mercaturam non apud omnes Germaniae populos aequa magnam et amplam exerceri: sunt autem quaedam genera delictorum, huius in primis noxia v. c. fraudes circa cambium: talia igitur delicta in ciuitate mercatoria grauius erunt punienda. Et quoniam fere in unaquaque Germaniae regione vrbes aliae aliis mercatura facienda praestant, saepe melius erit, si legislator eas in hac re priuilegio a lege communi excipiat.

Nec vero criminum tantum effectus apud alios alii sunt, verum etiam poenarum. Quod enim in vnius et eius-

u) Quanquam enim temporis suisse procliores, ut Hassos et Thuringos: quod multae illae, quae bus medii aeu*i* tota Germania bellicos priuatis dedita erat, videmus apud eos reperiuntur, arcium ruitamen quasdam gentes ad illa nae, satis ostendant.

dem ciuitatis hominibus iam valet, vt cultiores eorum alia poena sint afficiendi, quam incultiiores, quoniam non idem est eiusdem apud utrosque sensus et metus: id valebit etiam in plurium gentium coniunctione, quarum aliae alias cultu antecellunt. Qui quo melior est apud quamque gentem, eo acrior apud eam est humanitatis et doloris sensus. Itaque seuerioribus poenis apud populum minus cultum oportet leges Criminales munitas esse, ut respectu poenarum idem sit apud hunc, qui apud cultiorem delicti modus.

Non enim, si idem crimen apud diuersos populos iidem poenis coercetur, idem erit modus poenarum, sed si diversis. Hoc etiam ad Germanos pertinere, qui maxime et animi et corporis viribus inter se differunt, quis non intelligit? Sed non solum sensus doloris, verum etiam opinionum diuersitas, diuersitate poenarum reddit necessariam. Sic apud indigenas Germaniae gentes maior obtinuit turpitudinis metus, quam olim apud populos Slauicae originis, a Germanis oppressos, adeoque poena infamiae apud illos, quam apud hos acerbior fuit. Est autem opinionum cuiusque Germanici populi propriorum numerus tantus, ut legislator communis illorum omnium populorum eas nequam omnies potuisset in legibus dandis respicere. Igitur et hanc ob causam illa imperii Germanici mutatio, quae suum cuique populo dedit legislatorem, saluberrima fuit. Sed haec de legibus Criminalibus satis erunt dicta, iam ad leges Ciuiiles progedimur.

Cum

§. XIII.

Cum autem inter omnia Legum Civilium genera, illud in primis quod ad populi negotia referuntur, eius peculiari statui accommodandum esse videatur; de hoc uno vberius disputabo, de reliquis propter augustias huius libelli non nisi pauca adiiciens.

Peculiaris autem gentis Germanicae status dupli modo vim suam in hoc Legum Civilium genere ostendit, partim limitando ac definiendo iure, quod nascitur ex negotiis omnium aut saltem Germaniae populorum communibus, partim nouis negotiis gignendis. Iam quae sit vis morum et status populi ad noua negotia gignenda, facile statim quisque intelligere potest; quae autem sit ad limitandum ius ex communibus omnium populorum negotiis ortum, intelliget, qui acrius animaduerterit. Ergo potissimum de hac: illam paucis exemplis explicare sat erit.

§. XIV.

Primum igitur manifestum est, vnamquamque gentem plerumque propriis uti contractuum formulis et solemnitatibus, quae velut muniant eos aliqua sanctitate. Quantum in hac re ingenium populi valeat, ex Romanorum stipulationibus intelligi potest, quae numquam Germanis placuerunt, qui statuerent omnis generis^o pacta seruanda esse. Veruntamen etiam ipsis Germaniae

^{o)} MORSERVUS in l. c. Patrio. Also sollte man die römischen Stilistische Phantasien T.II. Cap.XXXIII. stipulationen wieder einführen.

F
solemnitates yachy
minuerde

maniae populis propter morum inter se diuersitatem, diversis in contrahendo solemnitatibus opus esse videtur^{p).} Neque enim omnibus eadem est fides atque constantia; itaque in quibusdam Germaniae terris sortasse consultius erit, fidem pluribus solemnitatibus adstringere, quarum eae, quae iam a maioribus obseruatae sunt, permultum videntur valere posse ad contractuum firmandam auctoritatem.

§. XV.

Sed non solum in determinandis negotiorum solemnitatibus, verum etiam in constituenda omni earum ratione ad consuetudinem populi respiciendum erit. Quae res quum nullis difficultatibus laboret, pergamus ad graviora, et quae ipsorum iurium circa idem negotium varietas pro vario populi ingenio et statu esse possit, explicemus.

vt

^{p)} Et si enim Germani omnia parerent. Quod etiam HEYMANS in oratione de Nomothetia veterum Germanorum his verbis testatur: Si placita regum Francorum, si legem Salicam, si legem Ripuariorum, Baivariorum, Alemannorum, si Septentrionis scira euolamus, verbis vix explicari posent;

¶) Iam antiquissimis temporibus alios Germaniae populos aliis usus fuisse in contrahendo solemnitatibus, ex multis, quae adhuc superstant, Legum Codicibus satis ap-

peccantur. Quot fidei constringendae rationes, quot formularum cauileras, quo*testium greges*, quos iuratorum coetus, quam infinita symbolorum vera reperiamus.

Vt enim hominibus, ita etiam gentibus aliis alia videmus negotia maxime conuenire. Germaniae quidem gentes alias ad alia negotia esse procliuiores, nemo negabit, qui vel mediocrem de iis notitiam cepit. Neque illud valde obscurum est, quod dicitur, diuersa studia legibus diuersis regenda et moderanda esse. Si enim tale negotium aliquod ex quo plerumque aut saepius damnnum reipublicae oriatur, frequentius occurrat, id legem vel tolli, vel saltem limitari debet. Vtiusque rei exemplum afferant.

Quosdam Germaniae populos videoas maximo duc studio eius lusione, quae in lucro sortiendo consistit, quam Itali, eius inuentores, Lotto appellant. Fortasse hic furor, nam in furem studium solet sae pissime degenerare, non nisi tota re extincta intermittat.

Porro in multis Germaniae terris fieri solet, ut patres familias vni e liberis praedium rusticum cedant, et ab eo sibi habitationem et certos ex praedio fructus annuos promitti iubent, quod pactum vulgo Grossvaterrecht, Leibzucht nominatur. Quum autem hic contractus pigritiam hominum valde alat, passim et saepe factum est, ut patres familias, qui rebus suis adhuc vtique superesse potuissent, illum inirent.

C. 2. Vnde

Vnde necessitas orta est cauendi, ne liberis ante aetatem legitimam praediuium a patre traderetur.

§.

XVI.

Alia causa, cur circa eadem negotiorum genera in aliis Germaniae ciuitatibus aliae semper leges obtinere debuissent, est diuersus mercaturaे status, qui et nouum legum genus (quae mercatoriae appellantur,) gignit, et magnam in leges ciuiles vim habet. Liceat mihi etiam de ipsis mercatoris legibus aliquid monere. Quantae necessitatis esset, illas peculiari ciuium statui accommodare, ipsis quoque Imperatores intellexerunt, quos apparet iam illis temporibus, quibus ipsis adhuc soli omnem legis dandæ potestatem habebant, Ducibus et Comitibus, atque adeo etiam ipsis minoribus magistratibus, illarum condendarum curiam plerumque commisisse. Quamvis igitur ius Leges Mercatorias condendi iam tum competenter Ducibus et Comitibus, quum ii nondum potestate territoriali gauderent: non tamen Imperatoribus obstatre potuerunt, quo minus Leges Mercatorias Vniuersales in Germania promulgarent. Neque dubitari potest, quin Imperatores, nisi forma Imperii mutata esset, maximopere in eo laboraturi fuissent, ut varias Germaniae terras etiam communī Legum-Mercatoriarum vinculo inter-

Ita in Marchia electoralī filio p. 180. cf. T. F. WERNHER de ante annum 25 praedium tradere, reseruato vulgo Muezung. Vit. 1727. prohibita est. C. C. march. V. 3.

ter se coniungerent. Vtrum hoc ciuitati utile fuisset futurum, nec ne, longum est quaerere.

§. XVII.

Habet autem diuersa haec in diuersis Germaniae terris mercatura ratio, etiam non leuem vim in cetera iura priuatorum. Cuius rei quum sint multa exempla, vnum asserre satis habebo, e collybistica negotiatione desumptum. Rigor cambialis qui dicitur, qui plane a mercatura rationibus pendet, in Saxonia maior est, quam in plerisque aliis Germaniae terris: nam in illa maior et copiosior mercatura, quam in his, exercetur.

Neque est quod negotiorum, quae mercatura pro-pria sunt, diuersitatem ex separata imperii formula natam esse putas. Etiamsi enim ciues communi imperii vinculo coniuncti mansissent, ex aliis tamen causis magna varietas oriri debebat, vt sunt: natura terrarum, situs lo-

C 3 p. 11. al. corum,

) Vide imprimis Excellentissimum et perillustrem Baronem SCHMIDIVM, hoc decus literarum et patriæ, in libello egregio: Mercatura legum ferendarum auxilio iuuandae ratio salutaris. PORTO MOESERVM in loco citato Patriotiche Phantasien T. I. C. XXXIII. Illso sollet die teutschen Städte sich mit Genehmigung ih rer Landesherren wiederum zur

Handlung vereinigen? Qui Potestatem Territoriale mercatura perniciosissimam fuisse affirmat. Neque negari potest, mercatura in Germania statum post Potestatis Territorialis perfectionem non modo non meliorem, sed etiam deterioriorem factum esse. Sed vtrum culpa sit ipsi formae imperii, an aliis rebus tribuenda, dubius adhuc haeres.

corum, studia hominum, abundantia populi, eiusque cum aliis populis variarum rerum usus coniunctio.

§. XVIII,

Sunt et multae aliae causae, quae iuris circa idem negotium diuersitatem possint efficere, sed ad id quod agimus, non requiritur, ut totum huius rei ambitum percurramus. Venendum est ad eius iuris disquisitionem quod ex peculiaribus quibusdam contractibus existit.

Occurrunt enim in multis Germaniae terris quædani negotiorum vel potius contractuum genera tam singularia, ut earum ne nomina quidem ab aliis Germaniac gentibus intelligantur.

Exempla sunt illa pacta, quae ex vario passim in Germania rusticorum statu proueniunt. Alia sunt ea pacta in illis Germaniae regionibus, vbi seruitus rusticorum adhuc valet; alia in illis, vbi eos censum tantummodo praestare oportet, alia denique in his, vbi alia lege praedium ab iis possidetur.

Dominos rusticorum, ne plura et maiora sibi vindicent iura, quam pacti sunt; legibus esse coercendos, nemo negabit. Vnusquisque autem videt, singularum regionum Germaniae legislatores, in suo quemque populo facilius posse

) Vide SELCHOVIVM in Elementis iuris Germanici priuarii hodierni p. 314 - 335. et MOESE-

RVM in libro citato Patriotische Phantasien, vbi, in primis de rusticis Westphaliae multa protulit.

posse nobilium usurpationes animaduertere, et legibus cohibere, quam imperatores in tota Germania potuissent.

§. XIX.

Caetera Legum Ciuium genera, quae partim ad hominum status et ordines, et vetera ciuium instituta se referunt, partim nouis negotiis et institutis vel originem dant, vel auctoritatem, propter angustias huius libelli silentio cogor praeterire. Quodsi quis forte mirabitur, cur nihil plane de legibus Ecclesiasticis dixerim, quarum in tot Germaniae regionibus maxima intercedere debet varietas: is velim cogitet, me illius tantum diuersitatis rerum apud gentes Germanicas exemplis uti potuisse, quae fuisset locum habitura, etiam si nulla imperii facta esset divisione. Religionis autem et rationis ecclesiasticae diuersitatem non est verisimile apud diuersos Germaniae populos orituram fuisse, nisi separata imperia habuissent.

§. XX.

Caeterum quod ad fructus ex potestate territoriali perceptos attinet, eos in unoquoque populo magis minus diuersos esse ab iis, qui percipi potuissent, manifesta et confessa res est.

Saxonia autem nostra prae caeteris omnibus terris cura legislatorum suorum felix fuit. Nam praeclaras illas Augusti I. leges quis ignorat plurimum ad id contulisse,

vt

ut agricolarum et mercatorum status fieret melior atque
florentior? Quis non Legibus Criminalibus nostris pro-
pter egregiam ipsarum lenitatem facile palmam tribuit?

Sed etiam in alia nobis vicina ciuitate nunc tanto stu-
dio in condendo nouo Legum Codice elaborari videmus,
ut is maximam omnium exspectationem commouerit, et
eam omnino expleturus esse videatur.

Postem quaedam adiicere adhuc de negligentia, qua ia-
quibusdam Germaniae prouinciis, principes in hoc legum
condendarum munere obeundo sunt versati, sed praeter-
quam quod hacc tangere inuidiosum, nec aetati meae dec-
orum est, temporis et Libelli Academicci breuitate pro-
hibeor.

HVMA-

HUMANISSIMO ET DOCTISSIMO
CHRISTIANO ERNESTO
CHRISTIANI FELICIS F. WEISSE
S. P. D
IOH. THEOPHILVS SEGERVS

Quod in hac summa valetudinis meae debilitate atque infirmitate sentiens iam tum, cum abs Te et patre Tuo, viro amplissimo mihi amicissimo praefidum academicae disputationis Tuae mihi humanissime offerretur, id polliceri susinui, non per levitatem, nec ex nimia confidentia feci: sed patris Tui erga me meritis, amoreque Tuo, quo me amas, id debui. Dabis, POLITISSIME WEISSE, peccati, si quid inest, mihi veniam, quia feci, quod possem, et si vel in ipso conflictu Te deserere cogar. Quid enim Tibi opus est persona praefidis, qui ipse totum libellum sine ulla ope mea scripsisti, eadem, qua dexteritate defendes; ceterum, quo moris et solennitatis causa praefidio opus erit, facile id nostro firmius et validius consequeris. Tu modo, mi WEISSE! pro amore mei Tuo patris veniam mihi concilia, ei mihi ipse, quod praeflare plura non potui, ignosce. Scripsi d. XVIII. Martii

A. R. S. CLOCCCLXXXV

XVII
HUMANISMO - LA DOCTRINA
CHRISTIANO BIRNBS TO
CHRISTIANI ETICCIIS A WHISTE
TOH THEOPHILUS SCHREIBER

Digitized by Google




Leipzig, Diss; 1786 K-2



3
f

5b.



DE
**LEGIBVS POST PERFECTAM
 POTESTATIS TERRITORIALIS IN
 GERMANIA PLENITVDINEM INGENIO
 POPVLORVM SALVBRIVS
 ACCOMMODANDIS**

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E
JOH. THEOPHILO SEGERO
 LEGVM ET PHILOSOPHIAE DOCTORE CATHEDRALIS
 ECCLESIAE NVMBVRGENSIS CANONICO SVPREMÆ
 IN PROVINCIA CVRIA ET COLL. IVRIDICI ASSESSORE
 PANDECTARVM PROFESSORE ORDINARIO

D. XXIII. MARTII CICIOCC LXXXVI

H. L. Q. C

PVBLICE DISPVTABIT
 AVCTOR
CHRISTI. ERNESTVS WEISSE
 LIPSIENSIS

LIPSIAE
 EX OFFICINA SAALBACHTA



H. D. Erhard.